



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

Quintus decimus Antistes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**

scripsit: cui titulū indidit Phrenesis malignāti po-  
puli, & alterū Apologeticō, quod inscripsit in-  
efficax. Conscripsit præterea de dominico corpo-  
re & sanguine tractatū vnū, & alterū de præde-  
stinatione, atq; sermones minime aspernandos.  
Administrauit ecclesiā Leodinā annis tribus, se-  
pultus Lobix. Floruit sub Agapito. 2. & Ottonē  
ne primo.

¶ Quintus decimus Antistes

**B**Aldricus huius nominis primus, fili⁹ Co-  
mitis Mōtensis, adnitēte Raginerio auūcu-  
lo suo, Hannoniēsi Comite, administrauit  
ecclesiā annis .3. sepultus in collegio diui Lāberti  
i5. Calēdas Octobris. Floruit sub Apostolico Ioo-  
anne duodecimo, Imperante Ottone primo

¶ Sextus decimus Antistes.

**E**Raclius ducis Polēsis filius, e Saxonix du-  
cis filia. Propositus Bonnē, in diuinis & se-  
cularibus literis, ad prime erudit⁹, pōtificē

**Vide huc** egit āno salutis. 960. Qui scholas passim institui-  
**ius Anti** in monasteriis ordinauit, ne monachi (vt hac tē-  
**stiris insti** pestate videre est) in scitia et ocio defluerēt. Audi-  
**tutum** toria vero quibus Grāmatica & dialectica doce-  
rentur, in ciuitatibus interteneri mādauit, quib⁹  
inuerecūde se aliquoties ingerēs, nō est cōfusus  
alios docere, quē maiusculus ipse apud Coloniā  
Agrippinā didicerat. Si quādo hac spe animati  
decedebāt adulescētes, Epistolas suapte manu cō-